



Sammelband

GA
173



19.

QVOD FELIX FAVSTVMQVE IVBEAT ESSE
DEVS!

BACCHANALIA
CHRISTIANORVM

vulgo

Das Carneval

INDVLGENTE INCLVTA FACVLTATE PHILOSOPHICA

PRÆSIDE

M. IOH. CASPARE Seumer/

Glauchau - Misnic.

publicæ disquisitioni submittit

RESPONDENS

IOH. HEINRIC. Kindervater/

Kelbrano - Güldenauensis.

S. T. Studiosus.

Ad d. Martii A. O. R. MDCIC.

H. L. Q. C.

JENÆ,

Literis MULLERIANIS.

10.

QVOD FELIX EVASTVMOVE IVREAT ESSE

DEVS!

BACCHANALIA
CHRISTIANORVM

Das Carneval

INDVLGENTE INCLVTA FACVLTA TE PHLOSOPHICA

PRÆSIDE

M. IOH. CASPARE

Glauis - Miltic

publice disputatione habenda

RESPONDENS

IOH. HEINRIC. RINDBERGER

Kelbano - Gildemantens.

S. T. Studiosus

la. M. O. R. M. C. C.

H. P. B. C.

FF. V. M.

Licentia MVLIERIANIS





Acrarium ibi habere contende-
re Diabolum , vbi templum extruxit
DEVS, vel ex solo Bacchanaliorum
festo iam per multa secula in Christia-
no orbe continuato apparet. Deus
enim Ecclesiam sibi plantavit, in quam
nos cœcos antea & in tenebris densis-
simis ambulantes gentes introduxit, vt
beneficiorum per Christi meritum ac-

quisitorum nos redderet participes. Hancce Redemptoris sui
gratiam *γνωσιως* Christianæ religionis confessores grato agno-
uere animo , atque vt in Ecclesia omnia *εὐαγγελίως καὶ ἡ-
ξίω* fierent, Bacchanalia Ethnicorum in Passionalia Christiano-
rum conuerterunt (a). Verum ne hæc Spiritus S. officina sine
gravi maneret labe , malignus ille Spiritus omnem naua-
uit operam, vt Epicuræam securitatem cum multis sceleri-
bus admisceret. Quod etiam ex voto obtinuit, dum execrabi-
li Bacchanaliorum ritu ab Ethnicis reuocato non tantum eam,
quam idolum illud Romanum iactat, sanctitatem corruptit; sed
& bonam Euangelicorum eheu! famam mirum in modum ma-
culauit. Os enim, quod sancto hoc tempore innocentissimi
Iesu laudem prædicare deberet, spurcissimas eructat nugas: Gu-
læ nimium indulgentes ad sacra ieiunia se pessime præparant,
aliam personam, quam quæ a DEO iis data est, induunt. Cla-
mant quidem contra vitia hæc omnes suggestus, sed surdis nar-
ratur fabula; propria contradicit conscientia, nemo autem hæc

A 2

cu-

(a) Notante Matth. Dressero, de Festis diebus Christiano-
rum, p. 62.



curat. Ethnicis proinde tales Christiani sua exequant peccata, imo bacchando eos superant. Ne autem nimium dicere videamur, ne etiam veritas non explanata odium pariat, veterem Bacchanaliorum historiam cum recentiore, quantum fieri poterit, conferemus. Faxit Numen æternum vt omnia in ipsius nominis gloriam, veritatis patrocinium nostrumque emolumentum cedant!

THE S. I.

Carneval non ex orbe Christiano traxit originem, sed a pessimo principio ad Christianos pervenit.

Ἐκθεσις

§. I. **D**isti huius veritas apparet tam ex Etymologia & Homonymia, quam ex Synonymia.

§. II. Etymologiam quod attinet, vocabulum Carneval est Italicum & per Apocopen ponitur pro Carnevale, quod componitur ex carne, i. e. caro & valere.

§. III. Hæc vox autem varias habet significationes, quare, vt res fiat clarior, eas evolvere non pigrabimur. Primum convenit (a) vocab. Hispanico Carnaval ò carnestolendas, quasi eo tempore carniū vius tollatur eique valedicatur. Deinde etiam hancce potest habere significationem: Caro valet, i. e. carni (hominis) bene est. Sibi enim persuadent bacchantes, bacchica hac festiuitate nullam esse gratiorem, nullam latiore. Denique putamus significationem quoque valedicendi locum hic ita inuenire, vt sensus sit: valeant carnales voluptates.

Hoc

(a) Notante Speidelio in Specul. Iurid. p. 323. sub voce Fastnacht. Consentientes habet Besoldum in Thesaur. pract. pag. 197. sub ead. voce. it. Excellentiss. Dn. Abasu. Fritschium in Principe peccante p. 149.

Hoc enim tempore ad satietatem vsque furere volunt, vt ieiunia secutura rectius obseruent, Sie wollen ausschwärmen/ das sie hernach die Heil. Fasten-Zeit über desto grössere Andacht haben können (b). Quamcunque autem significationem amplexus fueris, facile colligere poteris, Carneuale esse festum Christianis indignum. Si enim prima attenditur, ad Pontificios præcipue spectat, qui ieiunii tempore ciborum discrimen ita obseruant, vt præcipue ab vsu carniū abstineant, quæ doctrina est Diabolica (c), & a veris Christianis merito reiicitur, quippe qui probe sciunt, comedendo præceptum ieiunii non frangi, si modo seruetur sobrietas (d). Secunda interpretatio, quamuis omnibus bacchantibus sit communis: impiam tamen importat luxuriam (e) atque actiones scandalorum plenas (f), de quibus infra prolixius agemus. Nec tertia significatio de bono aut licito actu testatur, non enim sunt facienda mala, vt veniant bona (g), qui ergo putant, quod Carneual propterea celebrari debeat, vt bona, castitas nempe & vitæ sanctimonia veniant, illi Apost. dictum evertunt, & mala facere volunt, vt bona veniant.

§. IV. Inter Synonyma, ad quæ nunc progredimur, præcipua sese nobis offerunt 1. Bacchanalia quæ dicuntur a Baccho (b) vini (ex fabulosæ antiquitatis sententia) inuentore, de

A 3

(b) Idem ferme sentiunt Matth. Cramer in Diction. Real. Ital. ubi dicit: Carneuale, Carnouale, Carnasciale, Fastnacht/Faschung/Fastel-Abend/von carne, weil zu dieser Zeit das Fleisch-Essen aufhöret/oder vielmehr die Fleisches-Lüste über alle massen gepfleget werden / & Carol. du Fresne, in Glossar. sub voce Carneleuamen.
 (c) Ita ipse Apost. 1. Tim. IV, 3. vocat. (d) Teste Besoldo in Thesuro Pract. Cont. p. 197. sub voce Fastn.
 (e) In quam Paulus Rom. XIII, 13. mirum in modum inuebitur. (f) Quibus ipse Saluator grauisimam minatur pœnam Matth. XIX, 6. (g) Ad Roman. III, 8.
 (h) Præter supr. alleg. vid. Bocatii Genealog. Deorum p.

cuius patria, parentibus, educatione, rebus gestis &c. multa proferre & præcipue quoque prolixè differere possemus, cur Thriambus, Lythirambus & Dithyrambus cognominetur. Sicut enim Græci Bacchum Διμήτορα & Romani Bimatrem appellant; ita eundem Syri שׁוֹבֵל vel præfixo שׁ vel שׁוֹבֵל ut שׁוֹבֵל אֲדָמָה vel שׁוֹבֵל אֲדָמָה i. e. διπδρορα vocarunt. Ex his inde Græci fecere Θείαμβον, Λυθείαμβον & Διθύραμβον. Cum autem hæc in multorum eruditorum scriptis clarissime exponantur (i), nec rudiores quidem fugiant, nos tempori & chartæ parcituri labore hoc supersedemus, & de eo tantum sumus solliciti, quod ad præsens nostrum institutum facit. Hoc autem est Bacchi etymon, de quo autores minime consentiunt. Georg Hornius enim Bacchi vocem a שׁבֵד for- tasse ab inquirendi nimium res abstrusas studio deducit (k). Speciosior autem videtur sententia eorum, qui cum celeberrimo Heinsio (l) ab Hebr. שׁוֹבֵל quod est flere, eiulare ac lamentari deriunt, id quod etiam de Bacchabus dicit Virgilius (m) quando canit;

*Ast alia tremulis ululantibus æthera complent,
Pampineasque gerunt incinctæ pellibus hastas.*
Ipsæ vero Bacchæ (n) in Bacchi celebratione flebili voce subinde illi acclamabant: ἔλελεῦ Ἴακχε, cui interdum addebant: ἰὲ ἰὲ, heu! heu! vel etiam εὐοῖ, εὐοῖ, quod & ipsum fontem Hebr.

134, 136. Rosin. Ant. Rom. pl 62. (i) Confer. præteriam citatos Chr. Neand. Bacchanal. Nicolai de ritu Bacchan. Chartarii imagines Deorum p. 177, seq. (k) Lib. II, Histor. Philos. c. 9, p. 110. (l) In Aristarcho, c. 1, p. 1. Conf. B. Glassius in Grammat. sac. p. 776. (m) Æneid. 7. (n) Quæ ex nonnullorum sententia Ezech. II, 14. ab eadem Rad. dicuntur מִבְּכֹת flentes, βακχέουσας, ex quo probare volunt, ea sacra etiam in oriente primum ac potissimum a feminis fuisse celebrata, vid. Heins. l. c. p. 10. & Glass. l. c.

Hebr. sapere & ab יָדָע (o) Heu, eheu, originem traxisse videtur, ac inde illud Bacchi cognomen ἑυῖ, sic enim de eo canit Ovidius (p).

Pars hymenea canunt, pars EVIE EVIE clamant.

Sic coeunt sacro nupta Deusque toro.

Stante hac vocis Bacchi derivatione, ἑλελεῦ non incommode ab Hebr. יָלַל, i. e. ululate (q) deducitur, quæ significatio luctus imprimis apud Prophetas in sacris invenitur (r).

§. V. Sed hisce palmam præripere conatur Fullerus, dum idem Bacchi nomen ex τελεγεγραμμάτων ΠΠΠ vel ΠΠ deducit, quod ex sequentibus illius verbis patet. *Quid aliud, inquit (s), sono representat ἰωεῖαχ* apud Græcos quam Hebræorum IEHOVA seu IOVA, verum templi Hierosolymitani DEVM: quem gentiles astu Satanae fascinati in turpissimum Bacchi idolum transmutarunt; perinde etiam atque ἰαυχ SS. Hebræorum ΠΠ exhibet. Confirmat hanc sententiam Sam. Bochartus (t) dum fatetur ex ΠΠ vel ΠΠΠ non operosa deductione fieri posse Bacchum, addita tantum terminatione esset Iachus & per digamma Æolicum, Iacchus (v). Et hoc modo illa Græcorum acclamatio ad Bacchum facta ἑλελεῦ ἰαυχε recte refertur ad Iudæorum laudicinium ΠΠΠ ΠΠΠ Ἀλληλῆια (x) hoc vero ex Ebr. לָלַל laudavit & ΠΠ componi, ne semidoctos quidem fugit. Videmus ergo ex hisce quomodo infensissimus ille generis humani Hostis ea, quæ soli Divinae gloriæ sunt destinata, ad abomi-

(o) Quod Prouerb. XXIII, 29, dicitur de immoderato vini haustu, ex quo αἰσῶνία. (p) Lib. I. de arte amand. Conf. Persius Satyr. I. (q) Vid. Heins. l. c. (r) Sic docet B. Calov. in Bibl. illustr. Tom. II, ad c. XLVII, Ier. v. 1.1. (s) In Miscellan. Conf. Barth. Mayeri Philol. Sac. p. 317. (t) In Geograph. sacr. Lib. I. c. 18. p. 479. (v) Consentiant B. Dillherrus in Disput. de κακός. Gent. p. 171, Hugo Sanfortus, l. I. de Descens. Christ. ad Inf. p. 26. Voss. II, c. XIV. de Idolis p. 192. (x) Conf. Heinsius & Glasf. loc. cit.

minandam Ethnicorum idololatriam transtulerit, cum tantum in finem, ut miseros homines sub veri cultus specie in profundissimam pernicii abyssum præcipitaret.

§. VI. Nec insulsa videtur sententia Dickinsoni, qui (y) Bacchum a solita Arabum ingeminatione $\text{بـخـ} \text{بـخـ}$ quando rem aliquam laudarent vel admirarentur, nomen accepisse ait.

Arabibus enim بـخـ significat grandem, magnum, præclarum.

Hinc addit: Arabes igitur, ut verisimile est, quotiescunque Dionysium (quem solum arbitrantur Deum esse) laudabant, admirabantur aut venerati sunt $\text{بـخـ} \text{بـخـ}$ clamare solent.

§. VII. Hi quamvis omnes prægnantes proferant rationes, quibus derivationes suas confirmare allaborant, multi tamen sunt, qui illis calculum suum adicere nolunt, sed ad Græcos fontes se conuertunt, dicentes quod Bacchus sit furore percitus, ac proinde $\delta\pi\theta\ \tau\epsilon\ \beta\alpha\kappa\chi\epsilon\upsilon\epsilon\iota\nu$ (z), i. e. furore agitari dicitur (a). Alii ex $\beta\alpha\acute{\iota}\zeta\epsilon\iota\nu$ quod significat $\phi\lambda\upsilon\alpha\rho\epsilon\iota\nu$ nugaciter debaterare (b), alii a coronæ genere, quæ Baccha dicebatur (c), derivant. Quamvis autem de ratione denominationis eruditorum digiti non sint æquales: tamen ad quorumlibet etiam castra transferis, fateri cogeris, Bacchanalia vi etymi esse festiuitatem aut horrendam idololatriam importantem (d), aut stolido ac intempestiuo fletu (e) aut furore quodam Diabolico (f) aut in.

(y) In Delph. Phæn. c. X, p. 106. (z) Sic vult. Io. Bocattius de Geneal. Deorum L.V. c. 25. (a) Alias huius voc. significationes exhibet Lexic. Scapulae. (b) Vid. Neand. Hist. Bacchan. p. 23. (c) Rosin. Antiq. Rom. Lib. II, c. XI. (d) Si nempe ex $\tau\epsilon\lambda\epsilon\gamma\gamma\epsilon\gamma\mu\upsilon\acute{\alpha}\tau\omega$, quod soli DEO Trinuno competit, deducitur. (e) quando a בכ (f) Dum a $\beta\alpha\kappa\chi\epsilon\upsilon\epsilon\iota\nu$.

iniqua admiratione (g), aut insulsa loquacitate (b) celebratam.

§. IIX. Deinde etiam inter Synonyma sunt Διονύσια, quod vocab. in genere significat ea, quæ ad Dionysium spectant, in specie autem ipsa Bacchanalia denotat. Ortum autem est a Διονύσω, cognomine Bacchi, vnde autem Διόνυσος fit, iterum diuersæ sunt diuersorum autorum sententiæ. Sunt enim, qui putant, eum quasi Διὸς νῆν (i) Iouis mentem vel Διὸ τῆ δινείας καὶ ἐπιφύεσθαι, quod circumferatur in gyrum (k), dici. Aliis vocatur vel Διὸ τὸ διαίψεν ἡμᾶς ἡδέως (l) quod suauiter nos irriget, vel quia Iupiter pluuiam demisit cum natus fuit Dionysus, vt vult Aristodemus (m), vel quod femur Διὸς Iouis ἐνυξέε pupugerit cum cornutus esset natus, Stefimbrotus (n) asserit. Vel Διὸ τῆ Διὸς a Ioue & Nysæis Nymphis, a quibus educatus esse fertur (o). Bochartus (p) ex eo formatum esse opinatur, quod DEVS Exod. XVII, 15. vocetur דְּיָוִד דְּיָוִד atque ita vocem illam hybridam esse. Dickinsonus (q) vocem illam pure Arabicam esse ostendit, eamque nihil aliud denotare quam Dominum Sinæ seu Sinai ex Psalmo LXVIII, 9. Constituitur enim, inquit, ex دو Du vel Dy Dominus & سنا Sinai. Sina autem vel Syna per Metathesin fit Nysa. Ex quibus (pergit (r)) satis liquet, Dionysii cultum ex Arabia delatum fuisse: nec aliud eo nomine quondam significari quam دو سينا Dominum Sinæ, Iehouam nempe τὸν κύριον τῆ σενά, vel Dominum Nysæ.

B

§. IX.

- (g) Iuxta §. 6. preced. (b) Si a βάζειν. (i) Cuius vocis significationem exprimit Dickinson. Delph. Phœn. p. 45. (k) Vid. Cleanthes & Neand. l. c. p. 27. (l) Quod Phornuto arridet in Speculo de Natura Deorum. (m) Ap. Natal. Com. p. 472. (n) Ap. Nat. Com. p. c. (o) A Diod. Sic. L. 4. c. 2. Conf. Rosin. l. c. L. II. c. II. Dresser. l. c. Bocat. l. c. (p) De Phœn. Colon. (q) l. c. C. X. p. 105. (r) p. 108.

§. IX. Et hæc Dionysiorum deriuationes, quas recensimus, vna cum iis (s), quas compendii ergo studio omisimus, omnes ac singulæ aut de fabulis gentilibus, aut de impia ac blasphema festi celebratione testantur.

§. X. Nunc Liberalia etiam huc spectantia quod attinet, & hæc festum in Bacchi honorem institutum (t) denotant, a quo etiam nomen acceperunt. Vocabatur enim Liber Pater (v), vel a liberamento, quod mares in coeundo per eius beneficium emisissis feminibus liberentur (x), vel a linguæ licentia, ut plerique putant: nam potu vini, cuius inuentor credebatur, magis liberi mortales fiunt, vel potius quod animum curis liberet, & tristitiam pellat, vnde Ouid.

Cura fugit, multo diluiturque mero.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,

Tunc dolor & curæ rugaque frontis abit.

Seneca *Liber* inquit, non ob licentiam linguæ dictus est inuentor vini, sed quia liberum seruitio curarum animum asserit, vegetatque & audaciorem in omnes conatus facit. Sunt qui dicunt, quod in liberis ciuitatibus erecta in foro statua coleretur (y) eum liberum esse appellatum. Sed quicquid tandem sit, etiam Liberalia vi etymi varias actiones nefarias, necnon idololatriam implicant.

§. XI. Quam autem Denominationem apud Germanos obtinere Bacchanalia? Vocantur *Fasnacht*/quia tempore ieiunii dies præcedente celebrantur, seu ut alii volunt: *Fasnacht*/ a doliis forsan siue a vini cadis, qui apud Pellenenses *Lampteriam* (ita *Liberi Patris festum* vocant) celebrantes pasim per urbem
dis-

(s) *Quarum multa recenset Christ. Neander l. c. p. 25. & sq. it. B. Himmel. in Passion. Hom. IV, (t) Vid. Varro l. 5. de Lat. Ling. conf. Rosin. L. IV. c. 7. it. Dresser. l. c. p. 59. & 60. (v) Rosin. l. c. L. II, c. 11. conf. Vincent. Chart. Imagines Deorum p. 181. & Himmel. l. c. (x) Teste Augustin. Lib. VI. de Ciu. D. cap. 9. (y) Vid. Ioh. Baptist. Casalius de veteribus Ægyptiorum ritibus p. 75.*

disponebantur (z), ac hodiernum eo tempore maxime euacuanti-
tur ac evertuntur, id quod D. Gualterus innuere videtur dum (a)
scribit: Daß die drey Heidnische Feste Bacchanalia, Luperca-
calia, und Cerealia der Teuffel unter dem Nahmen der Fast-
nacht wunderbarlich zusammen gebracht/welches denn dieses Fests
eigentlicher Nahme ist/dieweil darinnen die Wein- und Bier-
Fässer gestürmet und geleeret/darzu die Menschen selbst/die des
Heil. Geistes Tempel seyn solten/zu stinckenden Weinsässern
und Weinschläuchen werden &c. Deinde etiam audiunt Mom-
meryen/Mommeur, quod iuxta nonnullos (b) a Lat. Momus o-
riginem trahit. Sed ex hac quoque deriuatione festiuitatis ἀσ-
7iav & summam nequitiam recte coniecimus.

§. XII. Alia adhuc τῆ Carneual Synonyma addere pos-
semus, nisi timendum esset, ne terminos præfixos transgrede-
remur. Vt igitur Thesin nostram stabiliamus, ita concludi-
mus: Si Carneual stolido ac incondito clamore ac vlulatu, fu-
rore quodam Diabolico, insulsa loquacitate, impietate, blasphe-
miis aliisque nefariis actionibus Christianis indignis celebratur,
quod ex antecedentibus luculenter apparet & in sequentibus fu-
sius exponetur, stat sententia nostra firmo talo: Carneual non
ex orbe Christiano traxit originem, sed a pessimo principio ad
Christianos peruenit.

§. XIII. Vnde ergo & quando Bacchicum hoc festum
est ortum? Certum quidem temporis momentum assignari hic
nequit, fuit tamen iam apud Gentiles, & quantum ex Historia-
rum monumentis colligere licet, annis ferme 2000 ante Chri-
stum natum, celebre quoddam idolum siue *Bacchi* siue *Dionysii*
siue *Liberi* nomine indigitatum, quod festum fuit annuum & ab
Ægyptiis ac *Indis* primum celebratum, mox in Græciam trans-

B 2

la-

(z) Vid. Gerardi von Stocken *Amœnitates Histor.* p. 678.
(a) In *Tract.* von Anfechtungen *conc.* 3. (b) Anton.
Verdieur præcipue ès diuers. Lecons. c. 19. & *Mart.*
Zeil. Ep. 49, *Cent.* 4.

latum, tandem Hetruriam ipsamque Romam propagatum est, qua de re Polydorus Virg. (c) ita scribit: *Bacchanaliorum auctor fuit Melampus Amyttheonis filius, primusque ad Grecos detulit ex Aegypto, ubi ea sacra fieri cœpere.* Quomodo deinde in Italiam quoque labes ista serpsit, perspicue tradit Livius (d), *ignobilem quendam Grecorum inquam, in Hetruriam primum venisse, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumq; cultum nobis eruditissima Gens inuexit, sed sacrificulum & vatem, nec eum, qui aperta religione propalam & questum & disciplinam profitando animos horrore imbueret, sed occultorum antistitem sacrorum.* Et paulo post: *Huius mali labes ex Etruria Romam, velut contagione morbi penetrauit.* Ex his quilibet pessimum illud Bacchanaliorum principium, lacunas nempe Ethnicis tenebris spurcissimas perspicit.

THE S. II.

Bacchanalia Ethnorum & Carneuale Christianorum quoad rem conueniunt, paucis ab hisce mutatis, multis in deterius conuersis.

Ἐκθεσις.

§. I. **I**nsigne lumen thesisi hæc præbebit antecedenti; quippe in qua Bacchanalia & Carneuale Synonyma esse affirmauimus. Hæc quamuis in *Ἐκθεσ.* annexis satis (vt speramus) proba uerimus; res tamen in eorum collatione fiet clarior.

§. II. Gentilium Bacchanalia quod attinet, ea fuisse festa omnium turpissima, nemo non intelliget, si eorum ritum
pau-

(c) *De Rer. inuentor. L.III, c. 17. Conf. B. Himmel. l. c. it. Herod. l. 2, Diodor. Sic. l. 4. (d) Libr. XXIX, Histor. n. 8. 9.*

paulo clarius ostenderit. De horum autem Bacchanaliorum solennitate multa multi tradunt, quorum circumstantias omnes ac singulas pagellarum nostrarum angustia non capiet, quare præcipua saltem capita adscribemus.

§. III. In Ægypto & Græcia Bacchanalia per anum deliram & temulentam, vnam forte ex Bacchi sacerdotibus, quæ speciali nomine appellabantur: Bacchæ, Thyades, Mænades &c. indicebantur (a). Quo factò Ægyptii, ad quos Bacchanaliorum initia retulimus, Baccho porcam præ foribus macerabant (b), & præterea phallorum loco, quos a collo pendentes gestabant Græci, excogitabant statuas cubitales, quæ fidiculis tractæ movebantur tanquam viuæ, quas foeminae collo circumferebant per pagos, præeunte tibia, quam Bacchum canentes sequebantur tam foedo spectaculo, vt nihil improbius aut nequius foret (c). Cæterum maximam partem cum Græcis conueniebant, quare statim ad illos nos conuertimus.

§. IV. Pompa sacrorum Bacchicorum apud Græcos erat, vt primo loco duceretur amphora vini & κλημαλῖς (quod Erasmo est fabæ genus, Cælio vitis, H. Stephano sarmentum s. flagellum, seu viticula); post hircus (d) ab aliquo trahebatur, sequebatur alius sportulam gestans caricis repletam (e), ab omnibus autem membri virilis (autor enim generationis credebatur) e collo suspensa gerebatur figura, quam phallum appellabant ex ficulneo ligno dolatum; sed apud Suidam legitur ex corio rubro hanc imaginem olim expressam fuisse, quam inter coxas suspendebant, per urbem discursantes cum Bacchanalia celebrarent (f), & inde Phallophori dicebantur. Hos tamen ritus

B 3

suo

-
- (a) Vid. Nat. Com. p. 489. seqq. Vincent. Chart. l. c. p. 181. Speidelius in Specul. obseru. p. 323. M. lo. Cbr. Savriß in Progr. de Bacchanal. Festo. (b) Herodot. in Euterpe, seu lib. 2. (c) Eodem Herodot. & Neand. l. c. p. 199. restibus. (d) Neand. l. c. p. 200. & Chartar. l. c. p. 189. (e) Iuxta Calium, mit trockenen Feigen. (f) Testibus Luciano in Libell. de Dea Syria. August.

suo ævo neglectos esse, autor est Plutarchus (g), & gestata interrim aurea pocula, vestes preciosas, agittas bigas, & quemlibet personatum incesisse. Athenis Dionysia erant alia parua seu ἀρχαίτεργα (h) quod prius instituta erant, alia magna. Et hæc maiori licentia luxuriaque celebrabantur, dum Nympharum & heroum habitu aliquando ornati hedera, lymphati ac temulentis animis cum thyrsis velut insanientes incederent.

§. V. De Romanorum in celebrandis Bacchanalibus vesania ex probatissimis autoribus multa recensere possemus, sed vnicum tantum ex Liviò locum iam adducimus, ex quo dirum illud malum facile cognoscetur. *Primo, inquit (i), sacrum id fœminarum fuit, nec quenuquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdum Bacchis initiarentur. Sacerdotes inuicem matronas creari solitas. Pacullam Miniam Campanam sacerdotem omnia, tanquam Deum monitu immutasse. Nam & viros eam primam suos filios initiasse Minium & Herennium Cerrinios, & nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. Ex quo impromiscuo sacra sint & permisti viri fœminis, & noctis licentia accesserit; nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermissum, plura virorum inter sese, quam fœminarum esse supra. Si qui minus patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari. Cui addimus ea Flauii Blondi (k) hac de re Nudi inquentis, viri cum nudatis omnia membra mulieribus, matronis, viduis & virginibus ad sacra conueniebant, quæ non nisi nocturna erant, caput omnes pariter femoraliaque pampinis & vuarum racemis cincti, alios item vuarum racemos in manu habebant & tumultuario inuicem commix-*

ti

de Ciu. D. Lib. 7, c. 21. Neand. l. c. p. 200. Chartar. l. c. p. 188. Io. Bapt. Casal. p. 77. (g) In lillo πνευ Φιλοπλυσίας. (h) Vt Thucidit. l. 2. vocat. (i) Lib. XXIX, n. 13. (k) Lib. 2. de Roma Triumph. vid. etiam Rosin. l. c. L. IV, c. 17. Conf. Ouid. 3. Fastor. & Polyd. Verg. l. c. l. 3, c. 17.

ri cœtu in sublime saltantes, variaque gesticulatione braccbia, ceruicem, caputque mouentes carmen inconditum Baccho cantabant, nec prius erat saltationis modus, quam defatigati & toto corpore vacillantes partim resupinarentur proximioribus inberentes, partim in pavementum fanatici amentesque procumberent, ut recte senserit Marcus Varro, talia nisi ab amentibus fieri non potuisse.

§. VI. Et hæc sunt, quæ tam ex Ægypto & Græcia quam ex Italia Gentili de Bacchico festo præmittere voluimus. Iam vero adhuc hodie solennia hæc a modernis Italis celebrari quis nescit? At sunt hi toto gradu Christo proximiores quam alicuius Christianorum nomine insigniti, ipse enim sanctissimus D. Petri successor (quem ipsi quidem vocant) ipsorum terras regit: Ipsa Ecclesiæ mater Romæ floret, vno verbo: Omnis sanctitas Romæ nasci videtur; quis ergo credere vellet, Italos hodie abominanda Gentilium superstitione & horrenda Idololatria sanctitatem suam grauissimam adeo polluere? Attamen personati incedunt, laruas igitur illis detrahimus. Bacchantes ecce! gentilibus, imo ipso Bacchanaliorum inuentore Diabolo peiores profiliunt, qui gentili impietati suam non tantum æquant, sed illam hac longe superant. Ut autem & hoc fiat clarum, actiones eorum paulo curatius intuebitur.

§. VII. Ingressum quod attinet, Carneual quorannis initium habet tribus aut quatuor hebdomadibus ante tempus quadagesimale, in magistratus enim potestate est situm, quota hebdomade ante sacrum hoc tempus vesanam festiuitatem auspicentur bacchantes. Quando igitur illi visum est, per præconem eam publice in plateis intimari iubet, quo facto cuiuslibet ex voto insanire licet. Sed quid hoc est aliud, quam Baccharum temulentarum, Bacchi sacerdotum, quæ apud Gentiles in Ægypto & Græcia Bacchanalia indicabant (vt supra ostendimus) munere fungit?

§. IIX. Quæ autem circa progressum, seu ipsa solennia hæc obseruantur? Intimato hoc festo omnis generis homines, maschera siue larua & variis vestibus monstrosis tecti in publici-

blicum prodeunt, ita, vt stultorum talium plena sint omnia, qui varios agitant ludos saltationum admodum lubricarum & impudicarum, comœdiarum, talorum; verba parum honesta in alios sibi occurrentes pronunciant, a quibus vicissim verbis haud dissimilibus stringuntur, adeo, vt a verbis ad verbera, mutilationes & transfossiones perueniant. Quis igitur ex his & iis quæ sup. §. adduximus non intelligit, etiam hasce actiones ne homine quidem, nedum Christiano dignas a Gentilium sæuitia ad Christianos hosce redundasse, præcipue quod laruarum attinet vsum. Græci enim in festis Bacchi fecibus ora aspergebant (l), & speciatim rusticorum pubes induebat corticum quasdam formas, quibus risum, cæteris mouerent, quod ex Virgilio notum est, qui bacchicam festiuitatem (m) ita describit:

*Nec non Ausonii Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuque soluto
Omque corticibus sumunt horrenda cauatis.
Et te Bacche vocant per carmina læta, tibi que
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.*

§. IX. Celebrantur insuper conuiuia, commestationes, computationes diurnæ & nocturnæ. Nonnunquam, Hospiniano (n) teste, sic deformati sunt Bacchantes, vt figuram omnem humanam prorsus exuisse diceres: nam cornuti, rostrati, dentibus aprinis, flammantibus oculis, fumum & scintillas ex ore exhalantes, curuis vnguibus, caudati, hirsuti denique & monstrosi, terribiles codæmones videri atque timeri affectant. Inueniuntur saltantes Satyri vel tripudiantes mimi, vel tumultuantes Diaboli; hic histrio, illic funambulus &c. sub hisce laruis, vt ex eorum ore, qui Romæ nati sunt, & spectacula hæc sæpissime suis oculis viderunt, percepimus, Principes & seculares & Ecclesiastici sunt

(l) Hinc Horat. in arte Poët. canit:

*Ignotum tragica genus inuenisse camænae,
Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespis
Quæ canerent, agerentque peruncti fecibus ora.*

(m) Lib. 2. Georg. v. 385. (n) in Tractatu de festis Christian.

sunt occulti, qui super currus triumphales laruati incedere, & multa Christianis indigna patrare solent, paucis: Quilibet ita insanit, vt, si quispiam Græcorum aut Romanorum illorum antiquissimorum ad nos rediret, sua Bacchanalia & Lupercalia agi sancte iuraret, si phallos excipias, non pauca reperiret, quibus Christiani Græcos & Romanos Ethnicos insania atque furore superant (o). Et quis blasphemias, lasciuiam, adulteria & alia, quæ a personatis hisce iniquissime patrantur, vna lingua efferre valet?

§. X. Quo ergo ab Ethnicis bacchantibus differunt hi Christiani? Ad sunt exclamationes, luxuries, percursationes in plateis, laruæ, furiosus tumultus, imo summa insania (p), quæ his cum illis omnia sunt communia. At differunt tamen in eo, quod porcæ Baccho mactarent Ægyptii, & hircum traherent Græci, moderni vero Bacchantes minime: sed resp. hos quidem nec hircum trahere, nec porcæ, sed Boues mactare, quod fit dum (Venetiis præcipue, quantum nobis notum est) non solum, a Nobilibus florentissimis boues magna violentia per urbem & plateas agitantur, atque in rabiem rediguntur, ita, vt eo tempore nemo in plateis tute ambulare possit; sed & die Iouis cinerum diem præcedentem bouis alicuius caput ceruice vno ictu abscinditur. Ad eo non huius seculi filii, sed brutis & bestiis similes sese gerunt Christiani Romanenses. Et hoc modo instar rabidorum & sana ratione priuatorum grassantur vsque ad duodecimam vltimæ noctis horam, qua ipsa multi ex nequitia theatro ad sacerdotem percurrunt, cineresque petunt consecratos (q). Cuncti enim qui delictorum veniam precibus a Deo impetrare satagunt, cineribus consecratis more Iudæorum a sacerdote asperguntur sub hac formula: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris in No-*

C

mi-

(o) Verba sunt Hospiniani l. c. p. 37. extantia. (p) Vt loquitur D. August. L. VI, c. 9. de Ciu. D. (q) Vid. Polyd. Verg. l. 6, c. 3. conf. Præ. Illustris ac Excellent. Dn. Wilduogelius, Patronus noster æternum deuenerandus in Disp. de eo quod iustum est circa tempus Quadrages. p. 15.

mine Patris, Filii & Spiritus Sancti amen. Id quod & Bacchantium multi obseruare, & sic eodem ferme momento & Diaboli & Christi discipuli esse volunt, quasi Deus ex palude accurrentes suos statim amplecti teneretur.

§. XI. Et hanc vesaniam etiam Turca aliquis non sine vitio nostri suis indicauit, qua de re Augerius Busbequius (r) ita scribit: *Quo (quadragesimali) tempore apud nos etiam in bene moratis ciuitatibus, nedum in castris omnia perstrepunt ludo, choreis, cantu, clamoribus, comessationibus, ebrietate, furore denique & insania: ut non frustra creditum sit, hominem Turcam, qui eo tempore ad nos publici negotii causa legatus venisset, reuersum domum retulisse, Christianos certis diebus bacchari & furere, donec genere quodam cineris in templo respersi redirent ad se, & conualescerent.* Pudeat igitur vos Christianos, qui tanto exterorum ludibrio vos exponitis! cognoscite, quanto pudore infensissimi nominis vestri hostes vos perfundunt! Turcæ enim, quamuis etiam bacchanaliis delectentur, minime tamen adeo grassantur, nec omnem humanitatem deponere student, ut inter Christianos a multis fieri solet. Id quod ex Domini de Monconys (s) itinerario præcipue patet, dum scribit: *Unter denen Leuten/die des Nachts zu Fuß und Pferde mit einem Hauffen Pech, Kränzen und Fackeln herum schwärmen/ist auch der Souch bschi, und der Cadi Larfa. Und das ist ihr (der Türcken) Carneual, womit es aber nicht viel zu bedeuten hat. Es waren nur etwa 6 oder 4 wohlgekleidete Jungens/welche ihrer Väter/die etwan Obermeister seyn möchten/ Stelle vertreten. Das Merckwürdigste unter allen war die grausame Menge Volcks/welche theils mit/theils ohne Ordnung vor dem Mesep herliefen. Sehr viel Lust Feuer wurden vor einer Kirchen angezündet/auch die Gassen mit ansehnlich viel Lampen erhellet/welche ihrer Art nach allerhand Bilder und Figuren vorstellten.*

§. XII

(r) *In Legationis Turc. Epist. 3. p. 189.* (s) *Dessen Reise in Asien und das gelobte Land heraus gegeben M. Christian Juncker 1697. verba alleg. vid. p. 293.*

§. XII. Quærat autem aliquis cur Pontifex foedum hunc & Christianis indignum bacchandi ritum non abroget? nos responsum ferimus tale: Pontifex aut serio non vult aut non valet Bacchanalia abrogare. Si hoc, valde periclitatur quam affectat infallibilitas apud ipsos Romanæ Ecclesiæ addictos, hi enim si Rom. Pontificem sanctissimum Patrem atque infallibilem esse, non in dubium vocarent, saltem non plurimi legem de non celebrandis Bacchanalibus violarent. Illud igitur præferendum videtur, quod abrogare nolit, nec hæc sententia fundamento caret, notum enim est, remissionem peccatorum a Pontificiis pro pecunia impetrari, quando igitur multa patrantur peccata, multi etiam in clericorum pera nummi sonant. Verum sic Pontificia sanctitas auaritiæ scopulis alliditur, ut eius vestigia vix remaneant.

§. XIII. Sed scateret Italia omni nequitiarum genere, si modo ad nostros terminos eius non deriuarentur riui. Et hoc est, de quo nos Euangelici, qui doctrinam reformatam ac ab erroribus papisticis & superstitionibus purgatam profiteamur, queri cogimur. Experientia enim testatur, quod circa idem ieiuniorum tempus multis in locis non vulgus solum sed proceres quoque magistratus vicem gerentes laruatî incedant, vestes mutant, sexum mentiantur, nunc ciues, nunc rustici, nunc serui, nunc Iudæi, nunc Turcæ habitum præ se ferant; lasciuis saltationibus, variis gesticationibus mimicis, comestationibus, comotationibus &c. indulgeant & quemlibet doleat, se non maiori dementia hæc omnia aut plura exercere posse. Sic & inferioris sortis homines bacchantes caudis vulpinis, nolis, crepitaculis instructi, vicos & vias omnes perreptant, e rusticorum culinis fumantibus placentas, carnes, panes emendicant, e calendario quodam veteri vel ineptiarum quid eructantes, vel puerorum turbam inconditis quibusdam gestibus allicientes. Hæc platea milites habet, altera pharetratos; tertia medicum, mulæ cum vitro urinæ capaci in sidentem; quarta Pontificem laruatum, qui a Cardinalibus fictis pompaticè deportatur: quinta Venatorem cum canibus, venabulis, retibus, cornu, frondibus, &c. Ora domesticorum ita sunt

pinguia, vt faciem tuam ceu in speculo videre ibidem posses (t).

§. XIV. Et his ineptis Mummerorum nonnulli ita sunt obcæcati, vt earum patrocinium nihilominus quærant in scripturis, adducentes exemplum Iacobi, qui pelles hædorum induebat, Gen. 37. Gabeonitarum, qui vestimentis veteribus induti Iosuaam compellantes pacem quæsiuerunt & impetrarunt. Ios. 9, 5. Micholis coniugis Dauidis, quæ vt maritum periculo eriperet, simulachrum lecto imponebat, & pelles caprarum ad caput simulachri. 1. Sam. 19. Prophetæ os & oculos coram Achabo Rege pulueris aspersione mutantis, 1. Sam. 19. Sed ineptæ sunt laruatorum & mummerorum obiectiones, quas pleno cornu refellit Iacob Herrenschnid (r).

§. XV. Huc referri etiam poterit Philippus Cauriana, Italus, qui Italorum mores forte respiciens Bacchanaliorum celebrationem populo permitti posse probare ausus est (x). Verum magis pie Manzius sedecim argumentis in medium prolatis docuit (y) Bacchanalia ex calendario eradi & in omnibus Rebuspubl. prohiberi debere.

THE S. III.

Christiani omnes ac singuli Bacchanalia dicto modo celebrantes, Gentilibus bacchantibus sunt iniquiores.

ΕΚΘΕΣΙΣ

§. 1. **H**uius nostræ Thes. veritas (t) patet inde, quod Christiani sciunt, se esse homines ad sanctissimi pariter ac iustissimi

(t) Vt Iacob Herrenschnid de Bacchanalibus p. 15, 16, 27, 28 &c. scribit. (v) l. c. p. 31. & seqq. (x) In Comment. ad priores Annalium librot s Cornelii Taciti. (y) Decis. Palat. quest. 50.

mi Dei imaginem conditos, quam bacchantes pessimis suis ineptiis atris carbonibus, pice, fuligine aliisque dehonestamentis fecerant. Perpendat quæso B. L. quantum sit dedecus? Deus formavit hominem ad imaginem suam, & ecce! insani hi brutorum cornutorum, rostratorum, caudatorum, hirsutorum, interdum etiam monstrorum, imo ipsius Diaboli figuram induunt. Tantum igitur abest, ut hi templum Dei esse possint, ut potius maligno illi spiritui corda sua fanciant, illiusque imaginem assumant. Ipse enim hic generis humani hostis est larvatus, est personatus mummerus, qui Christum etiam accessit in mendici larua, in monarchæ purpura, in sacrificuli veste (a). Interdum leporis, interdum anseris, interdum mustelæ formam induit & diserta voce minatus est, se verberem incensurum (b). Nec fugit porro eiusmodi tumultuantes, comestiones ac comotationes nocturnas esse contra interdictum Esaiæ Prophetæ (c), CHRISTI (d), & Pauli Apostoli (e): & in specie *μωρολογίαν* huius præceptis certissime contradicere (f): Notum est, vestium mutationem, qua sexum mentiuntur, pugna-re cum lege Divina (g), cum lege humana (h), & in specie quoque cum Iure canonum (i).

§. II. Deinde etiam perpendere deberent nostri, a quo nomen adepti atque ex gentilium cæcitate liberati sint. Verum ne perpendunt quidem, turpissimam illam vestium mutationem in Christi contumeliam fieri, qui cum despiciatui ab Herode haberetur, alba fuit veste amictus (k), & chlamyde coccinea indutus a militibus (l). Nec de gestatione coronarum cogitant, quæ ipsa quo-

(a) *Matth.* 4. (b) *Fincelius von Wunderzeichen.* (c) *Cap.* V, 11. 22. (d) *Luc.* XXI, 34. (e) *Rom.* XIII, 13. *Eph.* V, 18. (f) *Eph.* V, 4. (g) *Deuter.* XXII, 5. (h) *Vlp. l. vestis, 23, §. 2. Verb. muliebria ff. de aur. arg. mund. leg. ubi dicit, muliebribus virum non facile uti posse sine vituperatione.* (i) in *C. si qua mulier* 6. dist. 30. ubi ex *Gangrensi concilio mulier anathemati subiicitur, qua virilibus utitur vestimentis.* (k) *Luc.* XXII, 11. (l) *Matth.* XXVII, 28, vel *purpura Marc.* XV, 17. *Iob.* XIX, 2.

quoque in ludibrium Christi fieri videntur, quem spinea corona a militibus oneratum potius quam ornatum sacer dicit codex (m). Paucis: Sunt crucis Christi inimici, dum eo tempore, quo sancta Ecclesia pie recordatur passionis dominicæ & satisfactionem Christi pro peccatis nostris iuculcat, pessimos hos actus exercent, ut ipsis sic sancta Passionalia sint Bacchanalia, Mus der Fastnacht machen sie Fastnacht.

§. III. Et hæc omnia Gentilibus erant ignota, & tamen ex lumine naturæ cognoscebant sapientiores, bacchantium eiusmodi actiones brutis potius quam hominibus ratione præditis competere. Quare cum Orgiorum Bacchicorum prætextu multa scelestæ, & nefaria facinora designarentur apud Græcos, obstruere mali huius fontem, tantamque turpitudinem abrogare conatus est Pentheus, Rex t. t. Thebanorum, sed parum prospero successu (n). Quod autem hic voluit, Diagondas Thebanus potuit & perfecit, primus enim apud Græcos omnia nocturna sacrificia propter eorum turpitudines perpetua lege sustulit (o).

§. IV. Apud ipsos quoque Romanos hæc sacra, cum procedente tempore ex diurnis nocturna fierent (inde Nyctileia appellata sunt (p)) viri foeminis permitti essent, nihilque ibi facinoris nihil flagitii prætermitteretur, sunt abrogata, Liberque Pater Senatus auctoritate non modo vrbe, sed & vniuersa Italia est eliminatus (q). Deinde cum posteri ea aduersus maiorum auctoritatem reduxissent, Theodosius Imp. qui Gratiano successerat, A. C. 388. funditus sustulit, prorsusque aboleuit (r). Et quis ignorat, Seytharum barbarissimam gentem semper probro dedisse Græ.

(m) Matth. XXVII, 29. Iob. XIX, 2. Marc. XVI, 17.

(n) Vid. Ouid. Lib. Met. III. Fab. 9. & seqq. Nat. Com. p. 494. (o) Referente Cicerone de legib. L. II. p. 444.

(p) Teste Seruio in 4. Æneid. & Nyctileius Pater Bacchus est dictus, ap. Ouid. 1. De Art. am. & 4. Met. Fab. 1. Nyctileus. (q) Referente Liniio L. 39. n. 17. Tertull. in Apolog. adu. Gentes c. 6. August. de C. D. l. 6. (r) Vid. Melancht. l. 3. Chron.

Græcis consuetudinem celebrandi Bacchanalia, negantes rationi consentaneum esse, excogitare Deum, qui ad insaniam homines adigat (s).

§. V. Quæ cum ita sint, eorum magistratuum Christianorum constitutionem, qua personas induere (Masqueraden tragen/sich verkleiden/oder in der Mommeren gehen) capitale est, nimii rigoris nemo ingenuus accusabit. Talem autem legem promulgavit Franciscus I. Galliarum Rex, in qua larvarum usum e medio sustulit (t). Angliæ quoque Reges capitale iudicant delictum, si quis personatus, & larvatus incederet (v). Quare ab Anglis hanc præcipue ob causam, quod vestes & arma virilia sumfisset, concremata fuit Iohanna, virgo de Orliens (x). Vnde est, quod vna Anglia omnium regionum est, quæ eiusmodi personatas belluas hæcenus non vidit nec videre quidem voluit (y).

§. VI. Extat etiam in scelestos larvatos lex Veneta anni 1549, 18. Iul. Consilii X. virorum, quæ cuicumque facultatem impertitur impune eos interficiendi, & mandat pagorum communibus, vt contra illos pulsent campanas, eos capiant & interficiant: conceditque eorum arma, equos, denarios, & quodcumque penes illos reperitur interfectores (z).

§. VII. Pientissimum quoque est B. Electoris Sax. rescriptum ad Superintendentem & Senatam Annæbergensem (yy) quod ita se habet: Wir haben euern unterthänigsten eingeschickten Bericht/wegen des bissherigen bey eurer Stadt umb Fastnachts Zeit unchristl. ärgerl. verlarfften Umlauffens/ und dabey verübten Schand und Laster/verlesen hören. Wie wir nun darob ein ungnädigstes Mißfallen tragen; Also ist hierauff unser ernster Befehl

(s) Herodot. l. 4, c. 28. (t) Vid. Gesner. in Orat. de Bacchanal. A. 1600. Witteb. excusa. Confer. Speidel. & Besoldus l. c. (v) Polyd. Verg. l. c. l. 3. c. 17. (x) Vt tradidit Gerard. tom. 2. d. l' Histo. de France. lib. 22. fol. 828. (y) Vt de ea scribit Pol. Verg. l. c. (z) Lo. feus de Iure Vniuers. p. 79. n. 53. (yy) d. 20. Febr. A. 1628.

fehlig/ Ihr der Superintendens wollet wider solches Ubel auf der
Cantzel/ Ihr der Rath aber bey Tage und Nacht auf der Stras-
sen und in Häusern euch euers Ampts gebrauchen/ die Wache
stärcken/ den Verbrechern fleißig nachtrachten / und nicht allein
dieselben/ sondern auch die Ihrigen/ so ihnen hierzu Vorschub und
Unterschleiff erweisen/ andern zum Exempel und Abscheu in
gefängl. Hafft und ernste Straffe nehmen/ auch diesen unsern
Befehlig zu männiglichs Verwarnung nechstkommenden Son-
tag in der Kirchen nach der Predigt öffentlich ablesen 2c.

§. II. In Ducatu Würtembergico Bacchanalia sub poena
carceris prohibita sunt his verbis: Dierveil das Rommen und
die Busen-Kleider/sonderlich die/da sich Frauen in Manns-und
Männer in Frauen-Kleidern verstellen / vor Gott ein grosser
Greuel ist/auch viel Schande und Laster darunter geschicht/ so
verbieten wir ernstlich/daß niemand zu einiger Zeit des Jahres mit
verdeckten Angesicht / oder in Busen-Kleidern gehen soll / bey
Straffe des Thurms oder Narren-Häufleins (22).

§. IX. Quis ergo dicta utroque perlustrans oculo non in-
telligit bacchantium Christianorum (ut quidem audire volunt)
iniquitatem? Quis est, quin nobis eos gentilibus bacchantibus
esse iniquiores statuentibus suum calculum sponte adiiciat?

THE S. IV.

*Magno corporis & anima periculo se
exponunt Bacchantes.*

Ἐκθεσις.

§. I. **N**ostri bacchantes profecto actionibus suis Christiano-
rum nomine indignis non solum multos adhuc infi-
deles

(22) Vid. Ordin. Prouinc. Würtemb. tit. 102. von Fast-
nacht-Küchlein und Busen-Kleidern. Add. ea que in or-
dinat. Prouinc. Saxo-Gothan. part. 2, tit. 16. von Bestraf-
fung der Rommereyen und Fastnachts-Gelacke extant.

deles ita offendunt, vt ad Christianam fidem ne conuertantur (a); siquidem illæ quibusdam in locis tam turpes sunt, vt nec Turca. nec Barbarus Indianus sine maximo scandalo eas adspicere possit, qui procul dubio in hæc verba erumperet. Seynd das die erba ren Christen/ die uns zu ihrer Religion befehren wollen? Die sich als unvernünfftige Bestien/ lebendige Teuffel/ und böse Geister in der Hölle bezeigen (b)? sed & seipsos præsentissimo animæ & corporis exponunt periculo, id quod ex tristissimis, quæ in medium proferemus, exemplis euidentissime cognosci poterit.

§. II. Primum, quod nobis occurrit, exemplum horrendum sane recitat Baptista Fulgosus de Carolo VI. Gallorum Rege. *Pambat ille, inquit, Anno nimirum supra millesimum trecentissimum nonagesimo tertio, V. Kal. Febr. primario cuidam aulae suæ nobili nuptias, interque epularum pompam ipse vna cum aliis quinque personatus, vestibusque e stupa linoque impicato, ut hispidi pilosique incederent consutis, choreas agebat. Cumque frater Regis Ludouicus Aurelianensis Dux, studio clarius videntis insolentem Satyricumque habitum facem incautius admouisset, scintilla de funali delapsa proximum illico corripuit, qui a reliquis opem postulans, flammam in omnes propagauit, adeo, ut duo ab ingenti cruciatu, quem fluida ardensque pix inferebat, immani cum boatu intra manus exspirarent, duo elati post biduum in miserabili vlulatu animam euomerent, vnus in vicina promi cella vino & aqua flammam vix tandem restingueret, Rex ipse uxoris quidem ope iniectis vestibibus incendio liberaretur, verum omni reliquo vitæ tempore rationis mentisque exilium pateretur (c).*

§. III. Secundum pariter est notatu dignissimum. Vix autem ouum ouo tam simile est. quam præcedenti historiæ hæc quam Zvvingerus recenset sequentem in modum: *Conuenerunt*

D

A. C.

(a) Vid. Iob. Botfaccius in Moral. Gedanens. p. 93. a. 8.

(b) Vt loquitur laudatiss. Dn. Fritschius l. c. p. 150.

(c) Eadem Historia inuenitur etiam in Chronic. Histor. Gottfrid. p. 654. seq.

A. C. 1570. Germani aliquot comites in arce Waldenbergica apud Eberhardum Hohenloensem comitem, cum amicitiae nomine, tum Bacchanalium causa: Qui mos inter eos, qui Christianae pietati nomen dedere, nimium frequens est. Ut igitur nobilibus matronis ac virginibus, quae aderant, nocturnum ludicrum non vulgare exhiberent, Faunorum personas multa stupa, linteis vestibis pice resinaque agglutinata imitati sub facibus progrediuntur, & iucundissimo spectaculo conuiuas ad ludum prouocant. Ludo intentis omnibus accidit, ut male auspiciata tessera in terram fortuito casu laberetur. Eam puer personatus dum reperit, funalis incautius adhibiti flamma concepta opem adstantium implorare cepit. Eberhardus pro sua pietate puero opitulaturus eodem malo corripitur. Corripiuntur & caeteri, quos comitis eiusdemque affinis & hospitis periculum sui fecerat periculi immemores. Nocturnitate rei adstantes primum delectari, mox ubi ex horrendis clamoribus rem seriam agi viderunt, ad labrum proximum, quod in hunc euentum paulo ante, seu diuinatione quadam imminentiis mali, seu Nobilis unius, quem multum licet deprecantem in eam pertraxerunt societatem, suasu ac consiliis aqua adimpleri iusserunt, certatim accurrunt. Eo ubi ventum est, incertum quae sorae alueus modo non exaruerat. Erat qui psyceterem aqua plenum afferret, sed in ipso limine praenimia festinatione collabitur. Alterius aquam iam iam infundere conantis cadus ligneus fatiscens auxilii desperatione calamitatem auget. Vix tandem copiosa veste iniecta sopitus est ignis, & persona quidem illesa reperta, nisi quantum de stupa picata flamma absumerat; Carnes vero subiectae tam miseris vstulatae modis, ut nullis medicamentis vel ardor conceptus extingui, vel dolor mitigari patuerit. Adeoque paucis post horis, Gregorius Tubingensis, Albertus & Eberhardus Hohenloenses Comites in ipso aetatis flore vitam cum morte commutarunt. Haecenus Zvingerus.

§. IV. Ne autem quis excipiat, non omnes bacchantes pice & stupa vestitos incedere, quare nec cur tam atrocem timerent interitum, haberent, alia adhuc tragica de corporis pariter ac animae periculo restantia adducemus. Mos quondam erat Lipsiae,

vt

vt liberalius personati iuuenes per vicos oppidi aratrum circum-
ducerent, & puellas obuias per lasciuam ad illius iugum accedere
etiam repugnantes cogere, hæc veluti ludicro pœnam expeten-
tes ab iis, quæ inruptæ ad eam vsque diem mansissent. Acci-
dit in Bacchanalibus anni 1499. vt vnus ex his ludis puellam quan-
dam cordatiorem aratro vrgeret, cumque illa eius manibus elapsa
in proximam domum profugisset, nec tamen abstineret persona-
tus ille fugitiuam prosequi, tandem cultro arrepto acriter instan-
tis pectus transfixit, & a cæde recenti ad iudicem deducta infestum
sibi spectrum, non hominem a se percussum fuisse causata
fuit (d).

§. V. A. C. 1639. Viennæ bacchanalia celebrabantur, ita,
vt proceres vtriusq; sexus laruati incederent, equis & carpentis per
plateas veherentur, mensas exquisitissimis epulis extruerent, &
saltationibus variis delectarentur, omnia tamen rusticorum mo-
re. Eodem tempore, quod notatu dignum, extra & circa Urbem
Viennam horrendum spectrum traha, quam equus tripes modera-
batur, vectum sine intermissione ignem eructans videbatur.
Quidam, qui suis oculis viderunt illud, paulo post apoplexia sur-
repti, multa quoque sequentibus annis prodigia ibidem apparuis-
se feruntur (e).

§. VI. Porro dictum suo exemplo fecit clarum iuuenis il-
le, qui habitu Bacchico indutus laruaque Diabolica deformatus
Magdeburgi noctu viuis a Diabolo fuit abductus (f): Sylui Otho-
nis, qui noctibus vagari solitus pugione tandem se ipsum interfe-
cit (g): Smyrnæi, qui urbem Smyrnæ Bacchi sacra celebrantes a-
miserunt, seque ipsos in vitæ periculum temere coniecerunt (h).

D 2

§. VII.

(d) Vt tradit Peiferus in Orig. Lips. p. 252. §. 23. Schneider.
in Chron. Lips. lib. IV. p. 159. (e) Epist. Zeill. centur.
4. Epist. 32. Conf. eiusdem cent. 6. Epist. 8. vbi de infau-
stis Bacchanalibus Iob. Friderici, Ducis Pomerani men-
tionem facit. (f) Memoria proditum est a Tiletio in
Postill. p. 1. p. 421. (g) Sueton. in vita Sylu. Othon. p.
401. (h) Herod. in Clio, p. 7.

§. VII. Ecclesiastica in historia mulier quædam, quæ larvato vultu erat, a Diabolo obsessa traditur: cum vero ex hoc quæsitum esset, cur mulierem fidelem obsidendi licentiam sibi sumfisset, respondisset ipse; iustissime feci, quia in meis eam inveni (i).

§. IIX. Aliud eiusdem farinae exemplum ad §. IV. spectans recenset Martinus Grundmann (k) sequ. modo: Ein Meißnischer Edelmann/Börg von Schleinitz/welcher zu Magdeburg u. Wittenberg etliche Jahre studiret/hatte sich zu unserer Vorfahren Zeiten mit einer schönen Jungfrau aus dem Hause Wickenthal versprochen/und solte nach Ostern die Hochzeit angestellet werden. Es trug sich aber zu/das die Fastnacht zuvor viel Volck von Adel auf vorgedachtes Haus zusammen kamen/und als sie lustig seyn wolten/giengen etliche iunge Edelleute hin/vermummten sich/zogen viel zötige Bären-Häute an/behingen sich auch mit Werck und Pech/und kamen also tanzende mit Fackeln unter das Frauenzimmer. Unter solchem Tanze reitet einen vornehmen (weit) vom Adel/der zugegen war/weiß nicht wer/das er ein brennend Licht vom Leuchter nimmt/und solches unter die Tanzenden dahin wirfft. Hiervon entzündten sie sich unter einander so iähling/das die meisten tödlich verbrand worden/die Braut/so mit ihren langen Kleidern über den Bräutigam gefallen/hat sich an ihrem Leibe so hefftig verbrant/das sie nach wenig Stunden/sammt ihren Liebhaber nach erlittenen vielen und unaussprechlichen Schmerzen iämmerlich gestorben. Über vorige sind noch fünf andere fürnehme Adels-Personen/so das Feuer zu dämpffen geschachtet/und sich darbey höchlich verlegt/nach kurzer Zeit Todes verblichen.

§. IX. Inter bacchantes speciatim potatores & ebrii plerumque in lubrico versantur, ita, vt tam corpus quam animam eorum dira malorum procella circumuallet. Non solum enim de-

tri-

(i) Recenset. B. Glasius in Exeges. Euang. Quinquages. p. 395. (k) In seiner Historischen Geschichts-Schule part. 1.

tricus rebusque abiectissimis saepe inter se digladiantur, sed etiam pessimas nugae, verba impia & blasphema eructant, quare iusto Dei permisso haud raro infensissimus generis humani hostis illos corripere atque pro merito ad densissimas tenebras detrudere tentat, quod ex sequenti exemplo satis apparet. Recenset illud M. Iac. Daniel Ernst (1) his verbis: Es wären zu Fastnacht (anno 1556.) auf einen Dorffe unsern Wittenberg / sieben Edelleute zusammen kommen / und weidlich mit einander gesoffen. Indem man nun einen unter ihnen nicht so viel zugetruncken / als er wohl verlanget / hat er sich dieser gottlosen Worte vernehmen lassen: **Ey wil denn mir niemand zutrinken: Wolte ich doch wohl dem Teuffel bescheid und gleichthun / so er mir et was brächte oder zusoffe.** Über dieser lästerlichen Rede sind die andern Anwesenden erschrocken / und ihn gescholten / weil er aber die Straffe übel aufgenommen / hat es nicht viel gefehlet / daß sie nicht von den Worten zum Streichen kommen / worüber die andern aus der Stube gegangen und den Sauffaus alleine darinne gelassen. Als diese hinaus / legt sich jener auf die Banck und schläfft. Aber was trägt sich zu? Um Mitternacht treten sechs grausame und erschreckliche Männer zu der Thür hinein / deren ieder eine grosse Kanne in der Hand getragen. Diese machen sich hinzu / wecken den Schlafenden auf / und trinckt ihm der Forderste eins zu mit diesen Worten: **Bruder / du must mit mir sauffen / denn du hast ia vorhin gesagt / du wollest mir bescheid thun / so ich dir eins bringen würde / wirst du dieses nicht halten / so siehe zu wie es dir ergehen soll:** Was soll der Elende thun? Er saß dort auf der Stelle für Schrecken fast halb todt / und wuste nicht wo aus noch ein / weil ihn aber die Teuffel mit schrecklichen Worten nöthigten / er greiffte er das Gefäß und wil trincken. Indem er aber damit zum Munde wil / ruffet eine Stimme zum Fenster hinein: **Laß bleiben / laß bleiben! thue es nicht / sondern bete! Hier auf**

D 3

(1) In seinen Histor. Gemüths- Ergehligkeiten / Colloqu.
15. p. 243.

auf verlieren sich die Teuffel und kömmt hingegen die Person/so draussen geredet hatte/ ins Gemach/ vermahnet den Edelmann zum Gebet/und betet ihm auch selbst für. Als dieses geschehen/muntert sie ihn noch ferner auf zu rechtschaffener Buss und gläubigen Gebrauch des hochwürdigen Abendmahls. Des Morgens erzehlet dieser/ was ihm begegnet/ und dancket Gott/ daß er noch also durchkommen/ wiewohl man hernach die schwere Kranckheit an ihm verspühret/ welche er zuvor nicht gehabt hatte.

§. X. Denique non possumus, quin in gratiam temerariorum contemptorum legum de non celebrandis Bacchanalibus a pio Magistratu promulgatarum vnicum adhuc ex *Theatro Europaeo* (m) apponamus. Verba autem ibidem ita se habent: Zu Wien am Kayserlichen Hof war einer von der Reformirten Religion auf einem Sonntag in der Fastnacht/denen Capucinern und aufgehengten Reformations-Patenten zum Spott/in Capuciner-Kleidern in der Mascarade gegangen: Der ist aber von den Richtern ertappet/und Montags darauff in der Ruten ausgestrichen/und des Landes verwiesen worden. Dessen ungeachtet haben sich aus der Evangelischen Niederlag etliche zusammen rottiret/sich in Jesuiter-Habit verkleidet/auf einen Wagen gesetzt/und in der Stadt disputirende herumgefahren; So man pleno curru in die Löwen-Grube geführet: Ist auch einer in einer Nonnen-Kleidung verstellt/welche ein Kind gebohren hatte/herumb gegangen/der aber von den Lackeyen fast halb zu todt geprügelt worden.

§. X. Quam felices proinde sunt, qui Bacchanaliorum ineptias abominantur, nec tantis tamque horrendis peccatis animos onerant! Clemens illis manet Deus, saluaque conscientia. Eum autem, qui sancto hoc tempore cum Bacchantibus mundanum quærit gaudium, ad veram eamq; perennem tranquillitatem perducere, & propterea cum Clemente Alexandrino ita (n)alloqui non dubitamus: *Veni, o vesane, non thyrso innixus, neque bедера*

(m) a Joh. Georg. Schledero continuato ac edito, pag. 296. seq. (n) ex admonitione ipsius ad Gentes pag. 75.

dera redimitus. Abiice mitram, abiice nebridem, sis temperans
 ac moderatus. Ostendam tibi verbum & verbi mysteria, narrans
 conuenienter tua similitudini. Hic est mons DEO dilectus, quæ
 non tragædiis, quemadmodum Cithæron argumentum dedit: sed
 est dedicatus veritatis actibus; mons sobrius, castus, umbrosus syl-
 uis. In eo autem bacchantur, non fulmine iacta Semeles sorores,
 Menades, quæ incesta visceratione carniū inicianur, sed Dei
 filia, pulchra agna, quæ verenda verbi orgia celebrant, chorum
 moderatum congregantes. Chorus sunt iusti: canticum est hy-
 mnus Regi omnium. Psallunt puella, glorificant Angeli, Prophe-
 ta loquuntur: editur sonus musica, cursu Thyasum persequuntur,
 magno studio festinant, qui sunt vocati, patrem cupientes recipe-
 re. Veni tu quoque, mi o senex, relictis Athenis, Diuinatione
 abiecta & arte Bacchica, ad veritatem deducere. Ecce do tibi
 lignum, quo innitaris. Festina Tiresia, crede. Christus illumi-
 nabit visum sole splendidius, per quem cæcorum oculi respiciunt:
 nox te fugiet, ignis perterrebitur, mors peribit. Videbis cælos,
 o senex, qui Thebas non aspicias. O vere sancta mysteria. O
 puram lucem. Praferuntur mihi faces, cum cælum & DEVM
 aspexero: Sanctus sio inuitatus. Sacrorum autem interpres est
 Dominus, & mystam obsignat illuminans, & Patri commendat
 eum, qui credidit, qui seruatur seculis. Ha mysteriorum meo-
 rum debacchationes sunt. Si velis, tu quoque initiare, chorum-
 que cum Angelis circa eum, qui ingenitus est, duces, & ab inte-
 ritu alienus, & qui solus est vere Deus: vna hymnum nobiscum
 canente Deo Verbo. Eternus hic est, Iesus vnus, qui magnus
 pontifex, & vnus Dei qui idem quoque est pater, orat pro
 hominibus, & hortatur homines.

T A N T V M.



Acchantur miseri, nec cessant su-
mere formas,
quas horret stygius Castalidum-
que chorus.

Ille quod exsuperent inferni ludicra mo-
ris:

hic quod mortalis nobile perdat opus.
Vos detestantes miseros, qui bacchica sa-
cra

ex orco reuocant, concomitatur honos.

amica manu

scrib.

G. SCHVBARTVS, D.

& Prof.

M V T N A T



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



2/c 6659

ULB Halle 3
003 307 565



SLB

book





19.

QVOD FELIX FAVSTVMQV
DEVS!

BACCHAN
CHRISTIAN

vulgo

Das Cart

INDVLGENTE INCLVTA FACVLT

PRÆSID

M. IOH. CASPA

Glauch - Misn

publicæ disquisitioni

RESPOND

IOH. HEINRIC.

Kelbrano - Gùldenat

S. T. Studiofu

Ad d. Martii A. O.

H. L. Q.

JENAE,

Literis MULLER

